

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Detractio h
cum fonte primo

Rarumque inuenies
qui irreprehensibilem uitam suam exhibere uelit
ut is non libenter reprehendat alienam.
Tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit
ut eciam qui procul ab aliis uiciis recesserunt,
in istud tamen quasi in extraneum laqueum dyaboli incidant.

Ieronymus ibidem (ad Cellanciam).

pauci admodum sunt, qui huic uitio renuntient,
rarumque inuenias,
qui ita irreprehensibilem suam uitam exhibere uelit,
ut is non libenter reprehendat alienam.
tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit,
ut etiam, qui procul ab aliis uitiis recesserunt,
in istud tamen quasi in extremum laqueum dyaboli incidant.

Pelagius, *Epistula ad Celantiam*, 148.16
(CSEL 56, I. Hilberg ed., pp.342-3, ll.19-23, 1).